



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Richardi Arsdekin Soc. Iesu S. Theol. Professoris  
Theologia Tripartita Sive Resolutiones Polemicæ,  
Speculativæ, Practicæ, Controversiarum, & Quæstionum,  
etiam recentissimarum, quæ in Schola, & ...**

Missionarijs, & alijs animarum Curatoribus, & Theol. studiosis solerter  
accommodatæ ...

Complectens copiosè Resolutiones Theologicas, etiam modernas, ad  
praxim accommodatas

**Archdekin, Richard**

**Antverpiæ, 1682**

Quæstio 13. An qui Testamentum aut aliud instrumentum publicum &  
legitimum amisit, v. g. de sua nobilitate, patrimonio, &c. possit privatim  
simile conficere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40873**

QUÆSTIO XIII.

An qui Testamentum aut aliud instrumentum publicum & legitimum amisit v.g. de sua nobilitate, patrimonio, &c. possit privatim aliud simile conficere?

**I**llum per hoc non peccare, saltem graviter, cum pluribus docet Mendo in Statera dissert. 13. quæst. 17. Navarrus in summa lat. cap. 17. n. 168. Et favent alii qui admittunt non esse falsarium qui mutat scripturam in aliqua re dummodò veritati innitatur, ità Julius Clarus, Alciatus, Menochius de præsumpt. lib. 5. præsum. 20. n. 53.

Ratio est, quia neque hic intercedit dolus, neque ulli jactura infertur, siquidem aliud instrumentum illi simile & legitimum antecedenter extabat, quod fortuito amissum fuit, ac proinde nullum jus novum ex secundo confertur: ergo novi instrumenti substitutio, cum nulli obfit, & profit conficenti, non potest ex ea parte esse injuriosa.

Fatendum tamen est; in foro externo illum fore puniendum qui tale instrumentum conficisse deprehenderetur, quia forum externum non præsumit illud instrumentum in locum alterius substitui, sed de novo subornari, ideoque actionem hanc tanquam per leges prohibitam puniret. Hic autem agitur de foro conscientie, in quo, secluso scandalo, aut alio incommodo extrinseco, asserunt hanc actionem nullam injuriam continere.

Dixi in resolutione, non peccare, saltem graviter,

Tom. II.

F

viter,